SUB | NIEDERSÄCHSISCHE STAATS- UND UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK GÖTTINGEN

Werk

Titel: Herbarium Amboinense, plurimas conplectens arbores, frutices, herbas, plantas ter
Jahr: 1750
Kollektion: Zoologica
Digitalisiert: Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen
Werk Id: PPN369547365
PURL: http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PPN369547365
OPAC: http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=369547365

LOG Id: LOG_0249
LOG Titel: Caput Vigesimum Nonum. Basta marina. Basta laut. - Negen en Twintigste Hoofdstuk. De Zee-Basta
LOG Typ: chapter

Übergeordnetes Werk

Werk Id: PPN369544501
PURL: http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PPN369544501
OPAC: http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=369544501

Terms and Conditions

The Goettingen State and University Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Goettingen State- and University Library.
Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept the Terms and Conditions.
Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Goettingen State- and University Library.

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Contact

Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen
Georg-August-Universität Göttingen
Platz der Göttinger Sieben 1
37073 Göttingen
Germany
Email: gdz@sub.uni-goettingen.de

vix dignoſci poſſint. Tempore autem ſolidiores ſunt, duri, & graves, quum fundum petunt, & peculiarem ſaxorum conſtituunt ſpeciem.

N. B. De hoc etiam vide *Valent. Ind. Literat. pag.* 509. No. 4. & *Imperati Hiſt. natur. pag.* 833. & 834.

CAPUT VIGESIMUM NONUM.

Baſta marina. Baſta laut.

Huc usque binæ primariæ plantarum marinarum deſcriptæ ſunt claſſes, quarum prima mixtam habet ligni & ſaxi naturam, altera penitus ſaxoſa eſt. Tertia jam ſupereſt, quæ utriusque nullam gerit naturam, ſed ſpongioſa eſt, cujus quatuor modo deſcribemus ſpecies, quum reliquæ ad has referri poſſunt.

Prima ſpecies eſt *Baſta marina*, quæ extenſa inſtar panni eſt planta, ſed texturam habet craſſiſſimam inſtar craſſæ ſemique obſoletæ Baſtæ, quæ ſpecies eſt panni rudis Indici cum Indigo tincti, coloris ex cæruleo nigricantis. Inſtar Flabelli extenſa eſt, ſed humida, & ad oras in multas inæquales lacinias diſtincta, fere inſtar foliorum Socci. Inferior ejus pars firma eſt, ſed laciniæ flaccidæ ſunt, ipſiusque textura compoſita eſt ex multis cancellis, quæ oras gerunt acutas, & in medio pellucidæ ſunt, craſſitie vulgaris panni, ſub aquâ mollis & mobilis eſt inſtar folii, coloris obſcure rubentis, ſed ſupra aquam mox nigreſcit, obſcure rubens tamen color in cancellis detegi poteſt, ſi luci obvertantur. Supra aquam etiam exſiccatur firma, laciniis paululum convolutis, tota vero planta aliquando corrugatur, & laciniæ fragiles ſunt, in aqua vero macerata iterum molleſcit & ſeſe expandit, inferior pars craſſiſſima eſt, ibique caudicem format brevem, qui ſpongioſa radice infixus eſt grumo minorum lapidum, ac proinde facile extrahitur.

Vulgo ſesquipedem alta & lata eſt, aliquando regulares gerens lacinias, eleganter extenſas, aliquando vero irregulares & intortæ ſunt. Fruſta quoque ejus ſunt quinque pedes alta & lata, craſſitie panni duplicis, quæque humida in aſſere extenditur, adhærentes vero & fiſſæ laciniæ tum abſcinduntur & fiſſis ramentis arundinis Bamboes vel Gabbæ gabbæ extenſæ ſervantur, donec ſicca ſit, tumque forma extenſi pallii conquiri poteſt. Minores arbuſculæ ita exſcinduntur, ut referant ſemi obſoletam tuniculam Baſtiæ, manicis, & brevibus ſinibus ornatam. Licet quam maxime exſiccata fuerit, pluvioſo tamen tempore flaccidiſſima eſt, penetrantemque fundit odorem marinum, haud ingratum, & ad unguem odoratum adcedentem, carbonibus vero inpoſita magis adcedit ad odorem toſtarum ſquillarum.

Nomen. Latine *Baſta marina*; Belgice *Zee-baſta*; Malaice *Baſta laut*, quum cum nulla re melius quam cum iſto rudi panno comparari poſſit.

Locus. In mari creſcit ad profunditatem octo decemque orchiarum aquæ, potiſſimum in puſillis & convolutis lapillis, in quibus tamen amplam format radicem. Optima & maxima reperitur in ſinu Hatœwes in Ceramæ ora boreali, circa parvas inſulas in ejus ſinu ſitas.

Uſus ejus nullus apud incolas notus eſt, ſed hæ arbuſculæ tanquam res raræ ſervantur, magnæ vero latæque inſtar pallii extenſæ raro inveniuntur, unde & in magno habentur pretio.

Tabula Octogeſima nona

Baſtam exhibet *marinam*, quæ *Keratophyti*, ſeu *Flabelli marini* quoque ſpecies eſt, de quo vide Cl. *Boerhavii* Indicem, & *Beſleri Muſeum*, ejusque *Tab.* 24.

van buiten effen werden, met ſchulpen en lankhalzen zoodanig begroeit, dat ze qualyk te bekennen zyn. Met 'er tyd werden ze maſief, hard, en zwaar, wanneer ze zinken, en een byzonder ſlag van ſteenen maken.

N. B. Over deze Steen ziet mede *Valentyn* in zyn gelettert Indie *pag.* 509. No. 4. en Imperatus in zyn Hiſtorie der Natuur *pag.* 833. en 834.

NEGEN EN TWINTIGSTE HOOFDSTUK.

De Zee-Baſta.

Dus verre zyn twee Hoofdgeſlagten van de zeegewaſſen beſchreeven, te weeten eerſtelyk die een gemengde natuur hebben van hout en ſteen, en ten tweeden die gants ſteenig zyn. Reſteert het derde Hoofdgeſlagt, 't welk geen van beiden is, maar een ſpongieuſe natuur heeft, waar van wy maar vier zoorten beſchryven zullen, konnende de andere daar onder betrokken werden.

De eerſte zoorte is de Zee-baſta, *een uitgebreit gewas als een doek, dog zeer grof van geweef, gelyk een halfſleete groove Baſta, zynde een ſlag grof linnen in Indiën, met Indigo zwart-blaauw geverſt. Het ſtaat uitgebreid als een wajer, dog vogtig, en aan de kanten in veele ongelyke lappen geſneeden, ſchier als de bladeren van den boom* Soccum. *Het onderſte deel is ſtyf, maar de lappen zyn ſlap, zyn geweef is gemaakt van veele ruitjes, die ſcherpe kanten hebben, en in de midden doorſchynend zyn, in de dikte van ordinaris linnen, onder water is het week, en beweegelyk als een blad, donker-rood van couleur, maar boven water beſterft het terſtont zwart, of men kan de donker roode couleur nog beter bekennen in de ruitjes, als men 't tegens den dag houdt. Boven water droogt het ook ſtyf op, rollende de lappen wat in malkander, maar het geheele gewas krimt zomtyts t'zamen, en de lappen werden bryzelig. Egter in water gedoopt, werd het wederom week, en laat zig uitbreiden, beneden is het op 't dikſte, formeert een korten ſtam, die met een ſpongieuſe wortel op gruis van kleine ſtenen geveſtigt is, en dierhalven ligt uitgetrokken werd.*

In 't gemeen is het anderhalve voet hoog en breed, zomtyds met geſchikte lappen, die mooi uitgebreit ſtaan, zomtyds loopen ze gekrult door malkander. Men vindt 'er ook ſtukken, vyf voeten hoog en breed, in de dikte van dubbelt laken, die men nat zynde, op een plank uitbreidt, de aanhangende en meeſt geſcheurde lappen afſnyt, met geſpleete Bamboezen of Gabba gabben uitgeſtrekt hout, tot dat het opdroogt, zoo kan men de gedaante van een uitgebreide mantel daar uit krygen. De mindere boompjes ſnyt men zoodanig uit, dat ze een half ſleeten Baſtas rokje met zyn mouwen en korte ſchootjes verbeelden. Al is het nog zoo zeer gedroogt, zoo werd het in de regen Moeſſon even wel zeer ſlap, en geeft een ſterken zee-reuk van zig, niet onaangemaam, maar na Unguis odoratus trekkende, dog op koolen trekt 't meer naar gebrande Garnalen.

Naam. *In 't Latyn* Baſta Marina; *in 't Duits* Zeebaſta; *in 't Maleits* Baſta laut, *om dat het met niets beter dan met die zoorte van grof linnen kan vergeleken werden.*

Plaats. *Het groeit in zee, op agt en tien vadems waters, meeſt op kleine en t'zamengerolde ſtenen, daar op het egter een breeden wortel formeert. Het beſte en grootſte vindt men in de bogt van Hatoewe op Cerams Noord-kuſte, omtrent de kleine Eilanden in deszelfs bogt gelegen.*

Gebruik. *Daar van is by de Inlanders nog niets bekent, werden dierhalven de boompjes tot rariteiten bewaart, dog de groote breede mantels werden zelden gevonden, en dierhalven in exſtime gehouden.*

De negen en Tagtigſte Plaat

Vertoont de *Zee-baſta*, welke ook een zoort is van de *Keratophyton*, ofte *Zeewajer*, waar over ziet *Boerh. Index H. L. Bat.* en het *Muſeum* van *Beſler* op de 24. Plaat.